

TEXTUS ENODATUS.

Translatio-
nes.
Camer.
Druſi.

Syrus.

Varia inter-
pretationes.
Hugo.

Lyranus.

Dionys.
Cart.

Mens no-
stra.

Christus &
Deipara
Deo quo-
dammodo
afstantes in
Mundi mo-
tione.

1137 Praejecta verba sic effert Joachimus Camerarius: *Ego sola ubique sum, quām latē pater calum, & quām profunda est abyssus, undeque in mari, undeque super terram.* Druſius verò ita: *Ambitum celi circuvi folia, & in profundo abyssorum deambulavi: in fluctibus maris, & in universa terra.* Ferè similiter Tigurina. Syrus autem: *In celo unā cum Deo simul habitavi, & in fundamentis abyssorum ego ambulavi, in fontibus aquarum, & in fundamentis orbis.*

1138 Omnes ferè Interpretes faci verba hæc de Christi Jesu, quā Deus est, immensitate capiunt sub circuptionis, ambulationis, & flationis in omni loco metaphora; tamet si diversimodè explicit. Hugo Carenſis ita: *Gyrum celi, id est, motum Planetarum, & cursum siderum circuvi, per Astronomiam investigando. Profundum abyssi penetravi, mensurando per Geometriam: Et in fluctibus maris ambulavi, id est, ambulare docui per Astrologiam, & naturalem scientiam, quæ Astronomiae subalternatur. Et in omni terra steti, per artem calculandi, id est, per Arithmetican, & Musican, quæ omnium calculationem, & proportionem docet.* Hactenus Hugo, argutè sanè. Quæ velim notasse, ut Iicias, non solum Christum, quā homo est, sed etiam Deiparam, Astronomiæ, Geometriæ, Astrologiæ, Arithmeticæ, & Musicae peritissimam fuisse. De quo multa nonnulli.

Lyranus verò sic exponit. *Gyrum celi, id est, cælum fidereum luminaribus, & stellis ornatum circuvi, disponendo motum orbium. Et profundum abyssi penetravi, præparando concavitates in terra, ut ibi, congregatis aquis, apparere arida, quæ congregatio vocatur Oceanus vel abyssus. Et in fluctibus maris ambulavi, salvando Noë. Et in omni terra steti, dando ei stabilitatem undique circa centrum mundi.*

1139 Dionysius autem Carthusianus in hunc modum, *Gyrum celi circuvi sola, id est omnium cælestium corporum ambitum circumplexum, & meā immensitate continui, & conclusi, ac intra me comprehendendi, & meā gubernatione direxi. Et profundum abyssi penetravi: quia immensa nollis terminis limitor, sed penetra universa, & essentis illabor terum, sumque rebus intimior, quām essentia erum principia. Et in fluctibus maris ambulavi: potestivè ac sapienter omnia, quæ in mari sunt, & sunt, disponendo. Et in omni terra steti: cuncta terrena regendo.* Hæc Dionysius. Penè similes sunt Jansenius, Palacios & neoterici alii, qui nonnulli addunt de infinita Dei cognitione, & scientia res omnes penetrante, prospiciente quantumvis profundas, latas, & amplas.

1140 Nos verò paulò aliter Ecclesiastici verba enodamus, quin obſtaculo nobis fint exhibita enodationes. Etenim, ut de nostro conſer argumento, notandum censeo, Christum Dominum, quā homo etiam extat, & Virginem Matrem, quæ tantopere ei conjuncta est, quodammodo Deo adſtitisse in accurata cælorum, maris terræque molitione, & conſervatione; quatenus ſcilicet præordiati sunt, prædicti, & contemplati à Numeris, ut rerum omnium principia, exemplaria,

& fines, ante earum conditionem. De quo nonnulla diximus suprà ad illa verba 5. *Pri- mogenita ante omnem creaturam.* Lege quæ de Iefu & Maria in sensu verè litterario dicuntur Proverb. 8. à v. 22. usque ad 30. eruditissimi nostri Salazarii commentarius adhibitus. Ego ea præfertim verba cursim propono, & cum Siracidis verbiſ compono. *Quando Pro. 8. 22. preparabat celos aderam (en nostra, gyrum celi circuvi sola) Quando certa lege & gyro vallabat abyssos (ecce illa, profundum abyssi penetravi.) Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. (hoc illud est; in fluctibus maris ambulavi.) Quando appendebat fundamen- cuncta terræ (his ea cohaerent; in omni terra steti.) cum eo eram cuncta componens.* LXX. *cuncta disponens, compingens, vel modulans; Hebraicè educans, nutriendi, aut quasi nutritia, alendo, foventi, enutriendo omnia; cælos nempe, abyssos, maris fluctus, & terram, & quidquid in eis continetur: tanquam rerum omnium principium, exemplar, & finalis causa. Quo utique sensu Christus, & ejus Genitrix gyrum celi in, vel à mundi primordiis, circuifesse, profundum abyssi penetrat, in fluctibus maris ambulasse, & in omni terra steti dicuntur: certa quadam immensitate quodammodo infinita per essentiam, præficiam, & potentiam, ut qui rerum omnium creaturarum perfectiones longè excellentiori modo in se contineant, ut verbum 5. illustrates statuimus.*

1141 Sed enim, eti hæc ita fint, juxta Sublimior intelligentia. *Gyrum celi, id est, cælum literalis corticis ſenſum ſuperficiarum, ornatum circuvi, disponendo motum orbium. Et profundum abyssi penetravi, præparando concavitates in terra, ut ibi, congregatis aquis, apparere arida, quæ congregatio vocatur Oceanus vel abyssus. Et in fluctibus maris ambulavi, salvando Noë. Et in omni terra steti, dando ei stabilitatem undique circa centrum mundi.*

1139 Dionysius autem Carthusianus in hunc modum, *Gyrum celi circuvi sola, id est omnium cælestium corporum ambitum circumplexum, & meā immensitate continui, & conclusi, ac intra me comprehendendi, & meā gubernatione direxi. Et profundum abyssi penetravi: quia immensa nollis terminis limitor, sed penetra universa, & essentis illabor terum, sumque rebus intimior, quām essentia erum principia. Et in fluctibus maris ambulavi: potestivè ac sapienter omnia, quæ in mari sunt, & sunt, disponendo. Et in omni terra steti: cuncta terrena regendo.* Hæc Dionysius. Penè similes sunt Jansenius, Palacios & neoterici alii, qui nonnulli addunt de infinita Dei cognitione, & scientia res omnes penetrante, prospiciente quantumvis profundas, latas, & amplas.

1140 Nos verò paulò aliter Ecclesiastici verba enodamus, quin obſtaculo nobis fint exhibita enodationes. Etenim, ut de nostro conſer argumento, notandum censeo, Christum Dominum, quā homo etiam extat, & Virginem Matrem, quæ tantopere ei conjuncta est, quodammodo Deo adſtitisse in accurata cælorum, maris terræque molitione, & conſervatione; quatenus ſcilicet præordiati sunt, prædicti, & contemplati à Numeris, ut rerum omnium principia, exemplaria,

Gen-

Mare pro Gentilismo, terra pro Indaiſmo. Gentilium intelligo, & per terram Judaïſum. Sic Judæis terra nomen ſolet in Scriptura deferrī, propterea quod terrefribus infixi ſint rebus, ut claret ex Isa. 24. ubi eos terram vocat ſapè. Gentilibus autem maris nomenclatura rectè adaptatur, ob eorum levitatem, inconfitiam, & profunditatem in erroribus; nec non afſiduam perturbationem, & confuſionem. Unde illud Num. 23. 7. *Fluet aqua de ſtula ejus, & ſemen illius erit in aquas multas.* Eſt haec ingeniosa & ſolida noſtri Adazaris obſervatio frequens in Apocalypſim. Cum ergo hi duo populi & Gentilis, & Ju- daicus, vel ab Eccleſia Christianæ primordiis, maximopere nitantur atque contendant eam evertere, ac perdere: Gentilismus ætū- antibus ſuę levitas & perturbationis fluctibus, Judaïſmus ſuę illa mundanibus bonis adhæſione; Christus Iefus, & Virgo Mater, qui cæli gyrum, id est, Eccleſiam, circumdant, præſto ad eſte dicuntur: *in fluctibus maris ambulant, & in omni terra flant mirabilis immenſitate & providentia præfertim; maris ætus compescunt, id est, Gentilium vires; terram calcant, id est, Judeorum potentiam frangunt.* Quæ omnia ſeorsim illuſtrare aggredimur.

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Christo Domino.

SUBSECTIO XLIX.

Christus Eccleſiam ſuam circumdat, & protegit; Diaboli machinamenta penetrat, & evertit; Gentilimi, & Judaïſmi aduersus Christianum nomen vires frangit, & perdit.

1143 *S*Tatuimus, in hoc ſenu capienda Ecclesiastici verba præjacta, & enoda- ta. Modò illis ſplendore aliunde conciliemus. Atque in primis occurrit Dei effatum apud Zachariam c. 2. 4. ubi de Eccleſia Christiana, myſtica Jeruſalem: *Absque muro habitaribit Jeruſalem præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus.* Prædicti, Eccleſiae amplitudinem tantam eſte futuram, ut nullis ſit definienda ſpatiis, nec contiñenda ullo murorum ambitu; ac ſi penè immensum occupatura eſſet ſpatium, (ut dicitur Baruc. 3. 24. & Isa. 54. 2.) quod non niſi Dei protegente immensitate ambiri poſſet. Propriea ſubdit: *Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio ejus.* Certe fortiffimo muri ignei ambitu ſingularis Dei cuſtodia, atque protecſio significatur, qua Eccleſiam ſuam circumdat, & protegit. Murus erit ipſius Domini defenſa; interpretatur Hieronymus. Ut quidcum cum aliquo intuitu ad flammeum gladium datum pro Para- diſi cuſtodia: ut enim Abulensis quæſit. 36. in cap. 3. Geneſeos: *Eſt ille ignis per modum muri ambienſis totum locum paradiſi.* Argute existimat S. Hieronymus, Chrifum pro mu- ro igneo in circuitu Eccleſiae oppofitum; ut credentes, & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & poſſunt ſpiritu eſſe ferventes. Illud autem, quod Zacharias subtexit: *Et in gloria ero in medio ejus, Montanus, & alii ſic ex Hebræo verunt: quia ero iecur in medio eorum; ſumpta particula, & pro cauſali quia, ut obſeruat ibi noſter Sanctius ex ſacræ Scripturæ uſu. Et ratio-*

S. Thom. *1144* Apocal. 21. 12. dicitur de Eccleſia militante ſuę novae Jeruſolymę à cœlo defenſa, jaspide, & altum. Deinde v. 17. huic muro adſcribitur in altitudinem centum quadrangula- tū, quatuor cubiti, & jaspide totus deſcribi- tur: *Erat ſtructura muri ejus ex lapide jaspide.* At quænam muri hujus tam alti, tam lati, tamque pretiosi significatio? Mitto alio- rum placita, unius Angelici Doctoris interpretationi adhærens, qui in Commentariis ad Apoca. ſic elucidat: *Per murum convenien- tia. Jeruſalem intelligitur, qui S. Jeruſalem un- dique circumdat & protegit: de quo muro ha- beatur Ifai. 26. Urbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus & antemurale.* Et Zacharia 2. *Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio ejus.* Iſte etiam murus magnus & altus dicitur, quia Christus D. magnus eſt per incomprehenſibili- tatem immensitatis: altus per exaltationem hu- manitatis. Accedit noſter Alcazarius ſcīte arbitrans eo muri ſymbolo Christianos ſacerdo- tes potiſſimum figurari, ex quorum Missis atque orationibus conſtatutur Eccleſia murus, qui eam circumdat ac protegit; meminitque Ruperti afferentis, Euchariftam eſſe Eccleſia murum. Nec mysterio vacat quid muri dicatur jaspide totus. Ut enim ibi S. Thomas: *ex jaspide, qui ſemper viorem ha- batur.* Adfertur in huius rei ſignificationem illud Ezechiel. 33. *In montibus excelsis Iſrael chariſſie erunt paſcua eorum: ibi requiſcent in herbis oblationibus.* Quasi Euchariftæ Sacramentum S. Thom. & locus ſit paſcuarum, & murus in Eccleſia circuitu ad ejus præſidium. Vide Alca- zarem Notatione 6. in caput 21. Apoca. ubi latè probat jaspide ſuę naturam viridem eſſe; & ab antiquis pro amuleto, ac tutela aduersus Dæmones habitum. Quapropter ut ſignificetur Eccleſia Catholica, à Dæmonum impugnationi- bus eſſe omnino ſecura, eleganter dicitur Chri- ſtus in Eucharifta illi eſſe pro jaspide muro.

Eccleſia ma- rius Sacer- dotes; con- ſtructus ē ſacris Eu- zechi. 33. *1145* Ad liram ſuam concinebat Regius Cantor Pf. 118. v. 117. *Adjuva me, & ſalve- ſuę dum nos cibat Chri- figni- geno futurus sit Eccleſia ſuę muro; quia nempe eſt iecur in medio ejus: ſicut enim in jecore ſanguis concoquatur, & inde in omnium membrorum nutrimentum diſfunditur, ita à Chrifto Eccleſia cuſtodia, protecſio, omneque prædiuim derivatur. Et quidem je- cur nobilissimam Euchariftici Sacramenti me- taphoram eſſe, qua pollicetur Deus ſe uni- verſe Eccleſias, vitabis alimenti, puriſimi vi- delici ſanguinis fontem exticurum, quis ne- get? A Chrifto igitur ſub Eucharifticis ſpe- ciebus deliſcente univerſe Eccleſia gloria & prædiuim quaqua verbum: *in medio enim cum ſit, ſuum preiōnum ſanguinem ad noſtrum ali- mentum effundens, muri tamen ignei ad inſtar nos cingit, & protegit; nam, ut ipſe teſtatur Joan. 6. 57. Qui mandat meam carnem, & Joan. 6. 57. bilit meum ſanguinem, in me manet; tanquam civitas intra mānia; & ego in illo, id eſt, in medio ejus, ut iecur. Hinc jam Ruperti in- terpretatio lib. 1. in Zachariam, Dominus ipſe murus eſt, murus ignis in circuitu, per quod civi- tas illa, quam firma ſit ſatis innuitur. Cim enim scriptum ſit: *Sicut ſuit cera à facie ignis, ſic pe- reant peccatores à facie Dei; qui ibi hoſtem timebit?* qui de nimico ſolitus eſt?**

P. Ildeph. de Flores in Eccleſ.